



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mater Amoris Et Doloris

Ginther, Anton

Augustæe Vindelicorum, 1711

VD18 15312348

Consideratio XXXXII. Dolorosa Virgo Filio in cruce agonizanti assistens,
omnium fidelium agonizantium fidelissima patrona. Emblema. Canelabrum
septemsidum perpetuo ardens lumine cum inscripto: Non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47286](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47286)

CONSIDERATIO XLII.

Dolorosa Virgo Filio in cruce agonizanti assistens
omnium fidelium agonizantium fidelissima

Patrona.



*Illuminare his, qui in tenebris, & in umbras mor-
tis sedent. Luc. 1.79.*

Bermagni quondam ab Israëlitico populo aestimatum fuit
candelabrum illud aureum, septifidum, septémque
ardentibus lucernis instructum, quod in tabernaculo
testimonij collocatum Sanctum Sanctorum de nocte il-
luminabat; & ut perpetuò in Domo DEI arderet, ne-
que de nocte extingueretur, à DEO constituti sunt Aaron & filii ejus,
Mater Dolorosa. qui U n

qui hujus sanctæ lucernæ sedulam gerent curam, eamque statutis tem-
Exod. 27. 20. poribus oleo nutrirent purissimo: *Ardeat lucerna semper in tabernaculo
 testimonij, &c.* Per hoc aureum candelabrum, tenui lucernam sepiem
 lychnis (prout in nostro Emblemate videre est) adornatam, semperque
S. Epiph. or. de die ac nocte ardenter, **S. Epiphanius SS.** Deipara am intelligit: *MA-
 de laud.* **RIA Virgo**, inquit, *est candelabrum, quod ab altissimo throno accepit te
 Deip.*
S. Cyril ser. *lucidum ignem, & S. Cyrilus eandem SS. DEI Genitricem lampadem in-
 contra Ne-
 storium.* *extinguibilem appellat, quæ non de die duntaxat, sed etiam de nocte &*
*in tenebris, hoc est, in passione & morte unigeniti Filii sui in cruce per-
 dentis, miteris mortalibus, in umbribus mortis ambulantibus, mirè illu-
 xit; in eius rei finem in hebdomadiæ saecula, dum mysterium passionis
 Dominiæ in Ecclesia lugubri cantu & ornatu recolitur, omnes lam-
 padæ, una solâ exceptâ, & in candelabro trigono cunctæ reliquæ can-
 delæ extinguui solent (unâ iterum solâ remanente, & juxta aram ma-
 ximam in tenebris depositâ) quæ lucerna afflittiissimam Deiparentem
 designat, quæ, iacentibus à paciente Filio, omnibus notis & amicis,
 sola, tanquam siedei, & charitatis lucerna semper ardens etiam in medijs
 persecutionum tenebris constantissime perseveravit, atque Filio mo-
 rienti fideliter usque ad finem adstinxit; immo nec per mortem ab illo separari posuit; proinde meruit, ut omnium fidelium in Christo morientium
S. Ildeph. fidelissima Patrona & Advocata designaretur: *Potentiores, inquit S. Ilde-
 phonsus, ad placandam iram Iudicis invenire non possumus, quam te, qua-
 meruisse Mater existere ejusdem Redemptoris & Iudicis.* Cui mysticæ lu-
lib. de Ez. cernæ ob septem doloris gladios exanimatos septem fidæ & oleo charitatis
ell. V. serm. in nos semper redundantem restè pro Lenitate inscribes: *His, qui in tene-
 bris; vel si magis arrideret illud proverbiorum:**

Non extinguetur.

Prov. 31. 18. *Ita est: Non extinguetur in nocte lucerna ejus;* per quam noctem
Joan. 9. 4. mersus designatur! unde Veritas Christus: *Venit nox, in qua nemo potest
 operari.* Opericulosa, & caliginosa, & formidanda nox, dum mobis ta-
 liter, qualiter dispositis ex hac vita mortali ad longam, longissimam
 æternitatem migrandum erit, heu quem? Ah quid erit, quando hostis
Psal. 10. 9. ille capitalis & Tarrareus infidabilitur in abscondito: *quasi leo in spelunca sua,*
Gen. 3. 15. *ut rapiat pauperem?* Quid erit, quando draco ille magnus infidabilitum cal-
Apoc. 12. 12. caneo (hoc est, ultimo vitæ tuæ termino) *habens iram magnam, sciens,*
Ephes. 6. 12. *quia modicum tempus habet?* Quid erit, quando tibi collectatio erit non ad-
 versus carnem & sanguinem, sed adversus potestates tenebrarum? Quid di-
 co

to de doloribus, quibus tunc corpus & anima obruentur? Tunc enim vero videbis, quām amarum sit, reliquise te Dominum DEI M̄num, qui *Jerem. 2.19.* nunc ut justus, ac districtissimus Iudex stans ad januam æternitatis de cogitatis, dictis & factis tuis omnibus ac singulis rationem à te requiret exactissimam. O bone JESU! o Amor crucifixe! quid mecum fiet, si eiām justitias judicaveris: *Cum accepero tempus, ego justitias iudicabo?* *Psal. 74. 9.* Si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt? Heu anima mea *1. Petr. 4.18.* misera & afflita, quia ignara, an odio vel amore digna sis, quid tunc *Eccles. 9. 1.* in morte de te fiet, cūm ab omnibus notis & amicis derelicta, quasi tre- mula ovicula inter rabidos lupos, & quasi columba seducta inter rapa- tes milvos, aut tanquam lepusculus invalidus inter feros molossoſ con- situēris?

Ad S. Anselmum Episcopum quondam lepus, ne venatoribus & *s. Franci. de canibus in prædam cederet, anhelans & pavidus confugit, sub cuius Sales, in protectionis pallio & vitam & libertatem conservavit. Verūm quò ego Philothaea. fugiam miser nunc agonizans, & cūm paulatim actum fuerit de vita mea? O anime mi, & cliens Mariane! licet sis Benoni, & Filius doloris dolorosæ Matris MARIÆ, mastæ virtute esto: Resume animum, mœ- sumque timorem mitte: *Nullus, qui speravit in Domino, confusus est;* *Ecli. 2. 11.* Addo ego: Nullus, qui intercessionem dolorosæ Matris JESU humili- ter imploravit, derelictus est, & quomodo hæc Domina nostra poterit sententia subscribere æternæ damnationis nostræ, quos tanto cum do- lore & gemitu peperit sub cruce? *Sileat, subintrat hic Mellifluus, mise-* *S. Bernh. ricordiam tuam Virgo beata, si quis est, qui invocat te in suis necessitatibus meminerit desinisse;* & quid, obsecro, mali timeamus, si ipsa Mater *Assumpt. Judicis nobiscum erit? Proinde merito cum Psalte Regio exclamare possumus:* *Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu Psal. 22. 4.* necum es, o Virgo dolorosissima! Patrona mea, & Advocata mea! imò & Mater mea.*

3. Miram quondam fiduciam Jacob laudatissimus ille Patriarcha in suo baculo collocavit, ubi enim ab Angelo, per totam noctem secum tolluctante nervum sui femoris per vehementem percussionem & colli- sonem nunc luxatum & claudum advertit: *Tetigit nervum femoris ejus,* *Gen. 32. 25.* & statim emarcuit, claudicans pede baculum adhibere coactus est, cuius ope Jordanem fluvium feliciter se superasse profitetur: *In baculo meo transi Jordanem istum: Et nunc cum duabus turmis regredior.*

David Iudaëlit rum Rex de se ipso fert testimonium, quod, cūm adhuc opilionem ageret, virgæ & baculi sui cōpem sæpe numero exper-

tus sit; nemo enim ignorat, pastores virgâ oves suas regere, & baculum ferro præfixo contra lupos pugnare, unde ad hoc pastorale pedum suum *Psal. 22. 4.* alludens dixit: *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.*

Verùm altius erigamus mentis nostræ oculos. Per utrumque hunc baculum & Jacobi & Davidis juxta mentem S. Augustini & aliorum *S. Aug. ser. 79. de temp.* Dominica crux designata fuit, in qua Christus summus animarum nostrarum Pastor Jordanem Passionis transivit, & cum duabus turmis, velut alter Jacob, unâ Angelorum, alterâ hominum in cœlestem Patriam, à qua exierat, regreditus est; per virginem autem consolatricem Da-

Hadr. Lyr. vidis, subintrat hic Hadrianus Lyraeus, rectè dolorosa Virgo & Mater *S. J. de Chr.* JESU crucifixi juxta crucem Filij stans præsignata est, ipsa enim est *Pat. fol. 523.* *virga consurgens de Israël, quæ percutiet duces Moab,* hoc est, demones *Num. 24. 17.* impiorum duces, qui quidem velut canes catenis alligati, in vita & in morte allatrare nos poterunt, nocere autem, & mordere non valebunt nisi volentes; & quemadmodum canis baculum & virginem, quâ percussus est, timeret, & perhorrescit, ita diabolus crucifixum JESU M, per quem in cruce devictus est, & SS. Matrem ejus dolorosam, à qua in capite contritus fuit, formidat, atque ad eorum SS. Nominum invocationem protinus in fugam agitur. Et hoc est anima Christiana, quod nobis peculiari solamini esse debeat, quia in agone nostro, si utriusque opem nunc in vita sedulò imploraverimus, sine dubio & illorum auxilium sentiemus, atque Jordanem (quod idem est ac fluvius judicij) feli-

*S. Bernh. in citer superabimus: Habet tunc homo, ait Mellifluus) Mediatorem causa-
serm. sup. sua ante Patrem ipsum Filium, & ante Filium Matrem: Christus Patri offen-
Salve. dit latus & vulnera, MARIA Christo peccatis & ubera; nec omnino potest
esse repulsa, ubi concurrunt, & orant omni lingua disertius hæc clementia
monumenta.*

4. Mira quandam DEUS per arcam prodigia facere consueverat. Si cruentum imminebat bellum, arca ante omnes præcedebat: *Affer-
1. Reg. 4. 3. mus ad nos de Silo Arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, ut
salvet nos de manu inimicorum nostrorum.*

Josue. 6. 8. Sic civitas erat expugnanda (uti patet in eversione Jericho) Arcam Domini applicabant, quâ circumeunte, & omni populo vociferante, muri illicè collapsi sunt: Cūunque Josue verba finisset, & septem Sacerdotes septem buccinis clangerent ante Arcam fœderis Domini, &c.

Si flumen ingens ac pericolosum cum exercitu erat trajiciendum, rursus ad Arcam confugiebant, quâ duce & comite securi ad alteram fluminis ripam transmeabant; conlute librum Josue, in quo reperies,

quā

quām ingenti prodigo Arca Domini, humeris Sacerdotum delata, universum populum sicco pede per Jordanem in Palestinam, terram illam desiderabilem, melle & lacte manantem traduxerit: *Ecce Arca Iosue. 3. 17.*
fæderis Domini omnis terræ antecedet vos per Jordanem, &c.

Anima Christiana, necessariò nobis hoc flumen Jordanis, mortis & judicij erit transeundum; non datur hīc effugij locus: *Omnes enim morimur, & sicut aqua dilabimus;* ^{2. Reg. 14.} Jordanis flumen olim ex una parte ad instar montis stabat, populo liberum permittens ad terram promissionis transitum, ex altera verò parte decurrebat in mare mortuum; ita est, ad hoc mare mortuum omnes quotidie magnis passibus decurrimus. Provideamus ergo nobis de vera salutis arca, ut itineris nostri tantis obnoxij periculis duxque, comèisque fiat, quia hostis noster diabolus tunc in mortis lucta cunctas suas exeret vires, quibus nos perdat, & in inferni barathro æternū demergat; et autem hæc salutis & vitæ arca non alia, quam pretiosissima Virgo & Mater dolorosa: *Hæc Arca est, inquit Mellifluus, in qua nanfragium evadimus.* O quām multi mortaliū cum indurato Pharaone periculosem hoc vadum non transferunt, sed in peccatis suis immersi infeliciter in ejus quoque fluctibus immersi sunt: *Ferebanturque in profundum.* Nos verò Clientes Mariani! affe ^{S. Bernb. de Verb. Apoc.} ramus ad nos Arcam fæderis Domini, & veniat in medium nostri, ut salvem ^{1. Reg. 4. 3.} vet nos de manu inimicorum nostrorum; perire enim non poterit, qui devotus ac fidelis MARIÆ, Virginis ac Matris dolorosæ servus ac filius extiterit: *Impossible est,* ait S. Anselmus, quod illi, à quibus Virgo ^{s. Ansel. cit.} MARIÆ oculos misericordie sua avertit, salventur, ita necessarium, quod à S. Antoni, ad quos convertit oculos suos pro eis advocans, justificantur & glorificentur. ^{nin. 4. p. tit.} ^{25. cap. 14.}

§. 7.

5. Miror, quoties considero promptitudinem & alacritatem magni illius Patriarchæ Abrahami, dum sine mora ad crudele illud, ipsisque naturæ legibus repugnans mandatum sese paratum exhibuit, ad filium suum unigenitum, quem diligebat, super unum montium DEO in holocaustum immolandum: *De nocte consurgens . . . abijt ad locum, quem præceperat ei DEUS.* Et ecce cùm nunc manus in puerum extendisset super struem lignorum locatum, adest in tempore de cœlo nuntius: *Non extendas manum tuam super puerum, &c.* Mirò cætera, & pergo ad illam benedictionem ac mercedem, quam heroico illo actu promeruit, dum Filium suum unigenitum, ac unicè dilectum DEO T. O. M. in victimam destinavit: *Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen*

Uu 3

men

men tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, que est in littore maris: Pos-
siderit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine
tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ, &c. Larga sine dubio,
& grandis erat illa benedictio, in qua advertunt Patres, quod Abra-
ham per hanc suam obedientiam & filij victimam saltem de congruo
meritus sit, ut ex sua progenie & ex eodem Isaac Christus orbis Redem-
ptor nasceretur, qui loco Isaci in eodem monte pro peccatis totius mun-
di cluendis suo tempore foret immolandus.

Revertor ad dolorosam Matrem nostram, quæ in obedientia &
promptitudine animi Abraham non cedit, quia non duntaxat volun-
tate, aut in typo, sed reapse & in veritate unicum suum, ac summè di-
lectum Filium JESUM pro salute non unius familiæ, aut gentis, sed
pro salute totius orbis in gratissimum holocaustum in eodem monte
Moria, seu Calvario DEO Patri in ara crucis obtulit; proinde longè
meliori jure meruit, ut in ipsa & per ipsam & per semen ejus, hoc est,
JESUM, benedictum ventris Virginæ fructum, omnes gentes ac na-
tiones terræ benedicentur omniumque Mater ac Domina efficere-

S. Anselm. de Excell. Virg. cap. II. tur: Beata DEI Genitrix MARIA suis meritis cuncta reparando Ma-

sua natura propriæ iussione constituendo; & MARIA est Domina rerum,
singula congenitæ dignitati per illam, quam meruit gratiam restituendo.
Ita argumentatur Divus Anselmus de Excellentia Virginis, & recte.

O Mater amoris & doloris: Quia fecisti haunc rem, & non pepercisti Filio
tuo unigenito propter me, benedic mihi tibi, &c. Hinc merito illam ut

Matrem cunctorum fidelium, ac præsertim in Christo morientium po-

tentissimam Patronam omnes orthodoxi venerantur. Audi Seraphi-

S. Bonav. in cum Doctorem ita SS. Virginem ac Matrem dolorosam alloquentem:

Psalt. Virg. In die mortis meæ o Domina conforta animam meam, deduc me ad portum
salutis, & spiritum meum redde factori suo: Gratosus vultus tuus mibi
apparet in extremis, formositas faciei tuæ letificet spiritum meum egre-
dientem: In exitu animæ meæ de hoc mundo occurre illi Domina, & susci-
pe eam: Consolare eam vultus sancto tuo, aspectus dæmonis non conturbet;
esto illi scala ad regnum cœlorum, & iter rectum ad paradisum DEI; su-
stine devotos ante tribunal Christi, suscipe causam eorum in manibus tuis,
&c. Addo ego: O pretiosissima Domina, lumen oculorum me-
rum, & post DEUM unica spes salutis meæ, suscipe & causam meam
in manibus tuis; quid enim proderit Sanguis crucifixi Filii tui pro me
tam copiosè profusus, si descendolo in æternam corruptionem? Ah-

Do-

Domina! perga*t* commoveri pia tua ac materna viscera erga me, licet indignissimum servulum tuum, & quæ agonizanti in cruce Filio fideliter astitisti, etiam me non deseras in hora mortis meæ, &c.

6. De Juniore Metello nobili Romano recenset Plutarchus, quod *Plutarch de potentissimo Imperatori Octaviano in cruento bello contra Marcum Antonium fideliter adstiterit, vitamque protuenda Cæsar's parte contulit*. Exposuerit. Accidit, ut Imperator, devicto Marco Antonio, & sedata rebellium turmæ, pro veteri Romanorum more ut gloriösus Triumphator alman urbem in curru aureo sublimis ingrederetur, in quo glorioſissimo triumpho plures insigniores rebelles ferreis onusti vinculis ante rheam Cæsar's trahebantur, inter quos Metellus Junior & proprium parentem manibus à tergo ligatis conspicatus est, eodem adhuc die ob subornatam rebellionem in Capitolio morte plectendum. Quid agit generosus Metellus? Siquid mora ac imperterritu vultu ad Cæsarem triumphantem per militum cuneos, civiumque aggratulantum turmas penetrat, rogans, quatenus ob amorem & gratiam sui hunc captivum parentem, Metellum Seniorem sibi donaret incolumem ac salvum: *Hic quidem, dicebat Metellus Junior, o Imperator! tuus filius, quia in te Dominum suum ensem strinxit, mortem promeritus est; ast ego sum præmio dignus, qui tibi inservivi, pro saliente tui contra Marcum Antonium & proprium patrem impavidè dimicans.* Ad quas Metelli preces Augustus ad misericordiam commotus, patrem absque mora libertate donavit, & Metello incolumem restituit.

O pientissima Domina, & Mater omnis gratiæ ac misericordiæ! quid habeo ego servulus tuus hodie coram te, nisi ut me valde, valde humiliem coram te? Ego enim sum ille vir mortis, ego, ego peccavi, & rebellis fui summo Imperatori, Christo JESU Filio tuo, ego, ego mortem & infernum promeritus sum, sed tu o Domina mundi, præmio dignissima es, quia Filio tuo in omni passione & cruuentissimo crucis prælio ad finem usque fortiter astitisti: *Non pepercisti animæ tue propter angustias & tribulationem generis tui, sed subvenisti ruinæ ante conspectum DEI nostri.* Ah benignissima Domina, dic, obsecro, quod Mater mea sis; et si merita invocantis non merentur, ut exaudiar, merita tamen Matris intercedunt: *Quam gratum est, inquit S. Ambro. de suis, nautis, qui multa tempestate jactati, incerto cursu navigantes, ubi nam oberrarent, vel quo tenderent, dum ignorabant, si caelo serenato stella maris, stella polaris appareat juxta Antæticum polum?* Tam gratum erit nobis in ultimi agonis lucta multis dæmonum temptationibus, & vehementissimis

344 Considerat. XLII. B. Virgo dolorosa agonizantium Patrona.
tissimis doloribus exagitatis, ubi viderimus praeclaram hanc Maris stellam,
quam Ecclesia salutat: Ave Maris Stella, DEI Mater alma, &c.

O beatissima! non est auditum à saeculo, quemquam tibi devo-
tum à te derelictum; hinc est, quod merito nobis gratulemur de tan-
ta, ac tali matre, quae non tam benigna in nos misellos, quam & po-
tens ac terribilis contra deemonum insultus esse solet; hanc igitur do-
lorosam & amantissimam Matrem nostram cum S. Bonaventura devo-
tissime oremus, ut nobis in supremo illo certamine, ex quo æterna fa-

S. Bonav. to.
e. in Offic. ad
Dolor. Virg. lus nostra pender, benignè dignetur assistere: Propter angustias &
cruciatus, quos Cor tuum sustinuit Virgo beatissima, quando au-
disti Filium tuum dilectissimum adjudicatum morti & crucis sup-
plicio, succurre nobis tempore infirmitatis nostræ, quando corpus
nostrum dolore infirmitatis cruciabitur, & spiritus noster hinc
propter insidias dæmonum, illinc propter terrorem districti judi-
cias angustiabitur: Subveni nobis Domina tunc, ne damnatio-
nis aeterna contra nos proferatur sen-
tentia, &c.



CON-